

XIII

guida extiterunt. Ego ante Calen. maias omnino transcēdam alpes ad regem francorum. Tu uale. Et me ama. Ex Mediolano nonis aprilibus. M. cccc. Lvi.

Franciscus Philelfus Francisco aleardo sal.

g Albæ Othonisq; Cæsarum uitas: quas e græcis latinās reddideram promissisti hinc abiens fore ut ante mensem reddendas mihi curares. At iam præterijt totus annus: cum neq; illæ nec litteræ tuæ ullæ usq; apparēt. Bonum autē uirū te eundemq; nobis amicū esse arbitror. Itaq; non possum equidē nō mirari: quid in causa fuerit: ut tādū & mihi & amicis pluribus qui istiusmodi uitas uide re desiderant: & incōmodaris: & incōmodes. Nisi fortassis alij quidam sint apud uos ueronensis q̄ apud reliquam Italiam mensis. Nam sicut mensis apud ægyptios anni loco ducebat: ita apud uos annus pro mēse habeatur: rediisse iam tandem ad me debuerant libelli mei. Vale ex Mediolano nonis aprilibus. M. cccc. Lvi.

Franciscus Philelfus Façino forobronunciano sal.

a Ccepi a nostro Bonoaccursio pisano q̄ apte & eleganter ea abs te omnia gesta sunt quæ ad ducalem Ticini bibliothecam attinebant. Fecisti sane ut soles omnia: prudenter. Itaq; non mediocrē tibi laudem cōparasti cum apud doctos omnis: tum apud principē nostrū. Reliquū est: id efficias: ut exitus principio respondeat: ad quem ipsum oportet semper humanis in actionibus principū intendere. Id uero interea tēporis dum curas: nolim obliuiscaris: q̄ mihi rem gratā factururus sis: si huic isti familiari nostro Bonoaccursio cunctis in rebus ut cœpisti gratificabere. Vale ex Mediolano. vii. Idus apriles. M. cccc. Lvi.

*Responde for id q̄ quo
dicitur caput
dyaos signi digne
omnes non est dicit
forte attenuas*

Franciscus Philelfus Petro Thomasio philoso-
pho ac medico salutem.

n On prius mihi quicq; de tua amissa ualitudine est re-
nūciatū q̄ de recuperata ex tuis litteris intellexi. Nul-
lis certe occupatiōib; meis esset intermissa dulcissima no-
stra cōsuetudo scribēdi: siq; mihi at ea fuisset de tua ægro-
tatione auditū. Quā eē te liberatū ualator ita gaudeo ut
alia de re nulla magis possim. Reliquū ē ut oēm curā dili-

*ly q̄ me tenet amissā ualitudine quo
mibi recuperatam mēse
non ullis*

*Omnesce vob; artz tuo resp
Dij
miserere vob; artz qui fur mēse
premitte us od amare*